

LI

**I**sta est distinctio .xlv. huius quarti libri. In qua magister postquam ostensus est de his que ad resurrectionem pertinent. hic determinat de his que pertinent ad resurgentium remunerationem et punitionem. Et circa hoc tria facit. Primo enim ostendit quod anime que cito a corporibus separantur habitaculis iuxta sua merita vel demerita reddantur. Secundo quod defuncti exequie vi uotum pro eis facere suffragantur. Tertio inquit utrum beati in patria pro nobis deprecantur. Primum facit versus ubi. De suffragiis defunctorum. Et cum versus ubi. Sed forte queris. Tertium versus ad hunc versus. In speciali ista magister stat in tribus propositionibus quarum prima est hec. Secundo anime in mortuis suis corporibus separantur modo pro modo suorum meritorum diuersis habitaculis redduntur. Hanc in seipsum ponens dicit quod anime defunctorum iuxta sua merita diuersis habitaculis redduntur versus ad diem iudicii. Post iudicium vero earum pena vel gloria augetur. quod autem beatus Augustinus probat. In infero quod sicut facta resurrectione pena malorum augetur ita gloria seu beatorum gaudium plus proficit. Secunda propositio est hec. Illi de orationibus et elemosinis ecclesie illic bunc profectum recipiunt qui hic talia ut eis profecerint meruerunt. Hanc magister in summas dicit mortuos uiuorum suffragiis iuari. si tamen hoc meruerunt dum uiuerebant. Postea subdit quod ista que hic pro defunctis frequentat ecclesia medio critere malis suffragantur ad penam mitigationem. et medio critere bonis ad penam solutionem. Et facta pro ualde bonis qui suffragiis non indigent sunt gratiarum actiones et facta pro summe malis qui iuari non possunt. Quis non sunt eis adiuuentia sunt tamen ad uenturam consolationem quod auctoritate beati Augustini confirmat. Postea dicit quod pompe que fiunt in obsequiis sunt ad uiuorum solatium non ad mortuorum suffragium laudabile tamen est circa mortuorum sepulchra curam impendere. Postea mouet questionem de diuite et paupe quorum uterque cum sit medio critere bonus suffragiis indiget. et ambo pariter post mortem meruerunt iuari et pro diuite sunt multa suffragia generalia et specialia. Pro paupe uero tamen generalia. utrum iuuat pauper paucioribus suffragiis quam diues amplioribus. Et uidetur quod sic et uterque meruit iuari et equaliter boni fuerunt. Contrarium autem uidetur quia alii nihil conferunt specialia suffragia diuiti pro eo facta. Et tamen magister quod tamen ualent pauperi sola generalia suffragia. Primum diuiti generalia et specialia suffragia. et tamen profuerunt specialia suffragia diuiti non ad aliud uel ad maius aliquid sed ad idem ad quod generalia ut ex pluribus causis unum percipere tur emolumentum. Et per hoc illa plura suffragia diuiti nullius celeritorem absolutionem et non pleniorum. Postea querit de illo qui suffragiis indiget et mortuus in ipsa summatione seculi quam uoluerit suffragia impendi non poterunt. utrum talis saluabitur. Et respondet quod talis pro ignem tunc futurum et pro orationes celestis ecclesie saluabitur. Tertia propositio est hec. Angeli orationes nostras deo offerunt. et ea que hic apud nos aguntur cognoscunt. Hanc magister in summas querit utrum sancti preces nostras et uota sibi porrecta audiunt et sciunt. Et respondet quod angeli et sancti diuina faciem uidentes ea que apud nos gerunt cognoscunt. Primum ad eorum gaudium pertinet et nostrum auxilium. unde et angeli dicunt orationes nostras semper offerre deo. non tantum deum instruunt sed quid circa nos agendum sit ad eius ueritatem ducentes. unde preces nostre dicuntur exaudite quam celesti curie eorum exauditione innotescit seu eorum uentus manifestatur. Et tamen in speciali.

**Si ualde malis detur mitigatio pene. a**

III

**Ad querit hic** Dr. XLVI

**Q**ue de ualde malis utrum et ipsi in aliqua pena mitigatione dei misericordiam sentiant ut minus quam meruerint puniantur. Quidam autem uolunt eos nullam relevationem pene habituros quod confirmant Jacobi auctoritate dicentis. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiam. Aug. etiam ait. Misericordia hic iudicium in futuro. Idem distinguens quod omnes uide domini sunt misericordia et ueritas ait. Erga sanctos omnes uide dei misericordia. erga iniquos omnes ueritas. quod et in iudicando subuenit. et ita non deest misericordia. et in miserando id exhibet quod promittit. ne desit ueritas. Erga omnes autem quos liberat et donat omnes uide sunt misericordia et ueritas. quia ubi non miseretur. uide dicte ueritas datur. Dicitur ubi non miseretur. dat intelligi aliquid a deo fieri ubi ipse non miseretur. Sed his occurrit quod ait Cassiodorus sup. psal. loquens de misericordia et pietate dei. Ipe dicitur res iudicio dei semper adiuuante sunt. Ergo et in punitione malorum non est iusticia sine misericordia. Idem de iudicio et misericordia ait. Hec duo mutua societate sibi iungunt. In his bene uiter omnia opera dei includit. Aug. quoque respondens illis qui reproborum supplicia sine misericordia contendunt. ita illos repellit opinionem. asserens reprobos perpetuo puniendos ut eorum supplicia mitigari aliquatenus non neget. Frustra inquit nonnulli eternam damnationem penam et cruciatum sine intermissione perpetuos humano miseretur affectu. atque ita futurum esse non credunt. Non quidem scripturis aduersando diuinitatem sed pro suo motu dura queque molliendo et in leuiorem flectendo suam. que putent eis terribilius esse dicta quam uerius. Non enim inquam obliuiscetur misereri deus. aut prineat in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in psalterio legitur sed de his intelligit qui sunt uasa misericordie quod et ipsi non pro meritis suis sed deo miserante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes estimant pertinere. non ideo necesse est ut damnationem opinentur finire posse eorum de quibus dictum est. Ibi sunt in supplicium eternum. Ne hoc modo putet habitura sine felicitate eorum. de quibus contrarium dictum est. Iusti autem in vitam eternam. Sed penas damnatorum certis temporibus estimant (si hoc his placet) aliquatenus mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira dei in illis. ipsa damnatio. Hec enim uocat ira dei non diuini animi perturbatio.

Aug. super octonarium.

Aug. i. enc. contra illos qui asserunt malorum cruciatum terminandos